



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

**VD18 13723553**

Sodalitas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

uis articulo constituti, nisi à Sede Apostolica  
absolutionis beneficium nequeant obtinere.  
Bulla Julii est data 4. Non. April. 1512.  
Incipit: *Inter ceteros*: & est 30. in Bull.  
comm. §. 18.


*Facultas hac notificandi communicatur  
Superioribus. De facultate autem decla-  
randi, vide verbo Apostatae.*

Vide verbo *Commutatio*. §. 2. & 3. &  
verbo *Exemptio*. & verbo *Communicatio  
gratiarum*. Itèm & verbo *Alienatio*. §. 2.  
& alibi sæpe in hoc Compendio, sed præ-  
cipuè in dictis locis.

## §. 3.

*Potestas dimittendi.*

Potestatem dimittendi, tamquam rem  
magni momenti ad Societatis conservati-  
onem, esse omnino retinendam. Gregori-  
us XIV. Constit. pag. 98.



## SODALITAS.

## §. I.

*Indulgentia plenaria.*

Primariia Congregatio aucto-  
ritate Apostolica erigitur,  
& instituitur, cum Indulgen-  
tia plenaria pro Sodalibus in

K 4

ingres-

ingressu, & mortis articulo. Gregorius XIII. in litteris pag. 84. Plenaria pro omnibus in die Annuntiationis, & quinquies in anno pro Sodalibus. Itẽm Indulgentia toties quoties pro Sodalibus, qui corpora Defunctorum associaverint; & similes. Idem ibid.

## §. 2.

*Possunt Sodales ubique consequi.*

Sodales ubivis locorum possunt consequi prædictas Indulgentias. Idem pag. 85. Itẽm Indulgentias stationum Urbis, visitantes Ecclesiam Societatis, ubi adsit, vel aliã quamcumque. Idem ibid.

## §. 3.

*Generalis potest erigere, &c. Congreg.*

Præposito Generali, seu Vicario pro tempore existenti, facultas conceditur, quascumque alias Congregationes, in Collegiis extra Urbem erigendi & aggregandi. Idem pag. 85. Aggregatis quavis Primariæ indulta & Indulgentias concedendi. Idem ibidem. Itẽm facultas Congregationes visitandi, statuta condendi, examinandi, & approbandi. Idem pag. 86.

## §. 4.

*Extenditur prædicta facultas.*

Præcedentis facultatis extensio ad plures

res

res, etiam non Scholarium, Congregationes, in quibusvis Societatis locis erigendi, aggregandi, & aggregatis Primariæ, & aliarum Congregationum Indulgentias communicandi & concedendi. Sixtus v. in Bulla extensionis pag. 88. & seq.

## §. 5.

*Extenditur ad Residentias.*

Extenditur facultas, quascumque alias similes Congregationes erectas, & in posterum erigendas instituendi, & aggregandi Primariæ Collegii Romani: illisque Indulgentias, & gratias spirituales, per quoscumque Romanos Pontifices concessas, communicandi, ad quascumque Residentias Societatis. Concessit Clemens VIII. anno 1602. pag. 104. & Greg. xv. A. 1621. ut in M. S. p. 349.

## §. 6.


*Etiam ad domos sub gubernio nostro.*

Extenditur prædicta instituendi, & aggregandi facultas ad singula Collegia, Domos, seu Seminaria, vel loca, sub directione, gubernio, administratione, vel institutione Societatis existentia, vel ab ea dependentia. Sixtus v. p. 90.

## §. 7.

*Nec obstat Constitutio Clem: VIII.*

Constitutio Clem. VIII. super modo, & forma Confraternitates erigendi, & aggregandi edita, minimè afficit Nostras Congregationes, quarum Indulta omnia iterum confirmata sunt. Greg. xv. in Bull. Societ. M. S. p. 347.



## SUBSIDIA.

Vide verbo *Exemptio*.



## TITULUS.

*Defectus in titulis, & unionibus Beneficiorum ad annum 1570, suppleantur.*



Er gratiam concessam Prædicatoribus, omnes tituli à Sede Apostolica, vel illius Legatis, bonorum temporarium, ac uniones Beneficiorum Societatis usque ad diem XVIII. Januarii anno Domini 1570. concessi, confirmantur, & de novo conceduntur: defectus, quicumque illi sint, suppleantur: absolutio à fructibus male perceptis, & à censuris propterea incurris, in utroque foro conceditur, & in irregularitate dispensatur. Tenentur tamen Nostrum adimplere pœnitentias, quas Confessores,